



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antidota Evangelica contra horum temporum hæreses**

**Stapleton, Thomas**

**Antverpiae, 1595**

7. Orantes nolite multum loqui.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39546**

pocritis, vnde consequenter promittitur recte operantibus, hic vero aperte dicendo, quod Deus Pater reddet ac retribuet; Calvinus hoc loco totam Christi doctrinam in favorem suae heresis manifeste depravat his verbis. *Quum dicit Christus mercedem rependi precibus nostris, satis declarat, quicquid mercedis passim nobis Scriptura promittit, non tanquam debitu solui, sed gratuitum esse.* Hæc ille. Ceterum tametsi preces quidem nostræ non impetrant per modum iustitiae, sed per modum misericordie id quod a Deo petimus, ideoque non debitum sed gratuitum est quod precibus nostris largitur Deus, vnde & absque iniustitia negat sepe quod petitur; tamen mercedem quam hoc loco Christus promittit, & quam aliae Scripturæ testantur, debiti & iustitiae rationem habere manifeste docet Paulus dicens,

**2. Tim. 4.** *Reddet mihi in illa die coronam iustitiae iustus Iudex: & non eam reddere iniustum esse idem Paulus do-*

**Hebr. 6.** *cet: Non enim iniustus est Deus, ut obliuiscatur operis vestri. Hoc igitur in loco non ipsis precibus id quod petitur impetrari (quod quidem gratuitum est) sed pio ac debito orandi modo Deum semper aliquid retribuere Christus docet: quod quidem iustitiae est.*

7. *Orantes nolite multum loqui.*

**C**AVILLATVR hic Calvinus more suo, & in totam Catholicam Ecclesiam his verbis inuehitur. *Dammatur eorum superstatio qui longis susurris Deum se promoveri confidunt. Quo errore sic imbutio videmus esse Papatum, vi præcipua orationis virtus illic credatur esse loquacitas. Nam quo quisque plus verborum demurmurat, eo magis censetur exactè precatus esse.* Hæc ille. Sed impio calumniatori sanctissimus Augustinus respondebit, qui hæc Christi verba sic exponit.

exponit. Orare in multiloquio non est, ut nonnulli putant, Epist. 121  
si diutius oretur. Aliud est sermo multus, aliud diuturnus  
affectus. Nam & de ipso Domino scriptum est quod perno- Luc. 6.  
etauerit in orando, & quod prolixius orauerit: ubi quid aliud & 22.  
quam nobis praebebat exemplum? Et paulo post. Absit ab  
oratione multa locutio, sed non desit multa precatio, si seruens  
perseuerat intentio. Nam multum loqui est in orando rem  
nec sariam superfluis agere verbis. Hęc ille, Et aduer-  
tere Caluinus debuit Christum non simpliciter  
prohibuisse in orando multū loqui, sed addidisse,  
Sicut ethmici. Illorum enim oratio erat mera batto-  
logia, quo verbo Christus hic vtitur: id est, erat va-  
na & incondita eiusdem rei repetitio, verbisque  
profanis à semetipisis inuentis sua idola inuocabat,  
vt sacerdotes Baal 3. Reg. 18. à mane usq; ad meridię.  
Atqui Catholicorum longæ preces quæ ita fati-  
gant hereticos, ex diuinis Scripturis, maximè ex  
Psalmis Davidicis depromptæ sunt; & quicquid  
oratur, ex formulis ab Ecclesia Dei præscriptis  
oratur: quæ cum ethnoricū battologij nihil com-  
mune habent. Denique Beza in Annotationibus  
an. 65. editis suo Caluino contradixit, sic in hunc  
locum scribens. Longæ preces hic non dannantur sed quæ  
vanae sunt, inane, & superstitione. Idem vero Beza in  
eisdem Annotat. an. 88. excusis, illa sana senten-  
tia prætermissa, hunc in modum cum Caluino  
sibi insanendum putauit. Battologie vera & vñitata  
exempla qui nosse volet, legat Romanensem Breuiaria, &  
horas quas vocant Canonicas, Rosaria, & infinita buius mo-  
di, quorum vel Satanam ipsum pudeat. Hęc ille egre-  
gię in peius proficiens: & ea iam seipso deterior  
euomens, quorum profecto vel ipsum Satanam  
pudeat: quum in Breuiarijs & horis Ca-  
nonicis diuinæ Scripturæ & alia ex probatissi-  
mis Patribus decerpta multo maxima ex parte

E legan-

legantur Rosaria Angelicam Salutationem referant.

10. *Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra.*

**V**IA hæc peritio manifestè docet exactam legis ac voluntatis diuinæ obedientiam à nobis exigendam (idèo enim docet nos Christus hoc perte quia Deus id à nobis fieri postulat) Caluinus hoc loco ut nefariam suam doctrinam de diuinæ legis plena obseruatione impossibili, idèoq; nullam operum sed solius fidei iustitiam tueatur, hunc in modū sibi ipsi obiicit. Posset (inquit) obiectio queſtio an petendim à Deo sit quod nunquam fore pronuntiat usque ad finem mundi. Respondeo nihil opus esse, dum terram obedienter componi optamus ad Dei iutum, singulos homines excutere. Sufficit enim hoc voto testari, nobis odio ac tristitia esse quicquid Dei voluntati aduersum censimus, extinctumq; cupere non modo ut omnium afflictuum nostrorum sit moderatrix, sed ut nos totos qua decet promptitudine ad eam implendam offeramus. Hæc ille. Sed primum mentitur Deum pronuntiare nunquam fore usque ad finem mundi ut sua voluntas in aliquo impleatur. Pronuntiauit enim Deus contrarium de Dauide, dicens. *Inueni David virum secundum cor meum, qui faciat omnes voluntates meas.* Non quod Dei voluntatem nunquam violavit, qui saepè & grauiter peccasse legitur, sed quod rarius peccans debita pœnitentia latifecit: in quo etiam Dei voluntas fit, sicuti & in cœlo facta est quum peccantes angelos iuste puniret. Quod autem Caluinus ait, non esse opus excutere singulos homines, si talis euasio locum haberet, ergo & in reliquis petitionibus locum habere debet; maximè in eo quod dicitur, *Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Hic iuxta Cal-

A& 13.

Impostura  
Caluini  
refellitur.